



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

5. An mulier vi oppressa non teneatur clamare ad evitandam mortem,
infamiam, &c. etiam si adsit periculum consentiendi in copulam carnalem?
Et an sit deneganda absolutio pœnitenti, qui mutuo dedit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

De aliquibus Casibus, &c. Ref. V. &c. 137

in bonis suis, non tenebitur ea vti, quoniam oppressio in isto casu non habet rationem actionis liberae respectu foeminae, sed pura passionis, & resistere ipsi, solum praecepit pater Thesaurus in Praxi de penitentia Ecclesie, p. 22. verbi initia, c. 21. vers. Amplius secundum Squillante de Privil. Cleric. c. 3. n. 36. Villatobi in summa, tom. 1. tr. 17. difficult. 22. n. 16. & alii, quos alibi adduxi. Ergo in calu nostro copula habita cum muliere mortua, dicenda erit saltem fornicatio; quia licet propriè non sit foemina, est tamen aquiuocè feminæ, si Clericus mortuus, dicitur analogice Clericus.

RESOL. V.

An mulier vi oppressa non teneatur clamare ad euitandam mortem, infamiam, &c. etiam si ad se periculum consentendi in copulam carnalem?

Et an sit deneganda absolutione penitenti, qui mutuo dedit concubina centum aureos, quorum recuperationis spem amittit, si è domo eam ciiciat? Ex part. 3. tr. addit. Ref. 27.

*Quo hic est
Rel. antec.
d. §. Sed
cl. & leg. fol. 3.
additionis ab
diritionibus ad tr. de Confess. sollicit. qu. 19. n. 26. vbi sic ait,
et. & 200.
Ex periculi permissione inferetur foemina per vim com-
plicata, sed plus, non teneri clamare ad euitandam mortem, in-
telle supra famam, aliudve simile, tamest exponar se periculo con-
seruari. & sentiendi seu compavandi libidini, vt bene resolute Sa-
tas, & constat ratione etenim est foemina in animo dis-
sentiat, ex natura tamen vi in tali opere non potest non
adesse periculum conseniendi, & cooperandi. Ergo aut
namquam ei id permittere debet, non obstante eo pe-
riculo excusanda erit. Ita Freytag.*

*Sed ego ubi supra contraria sententiam docui ex
rationibus & DD. ibi adduxis quibus nunc addo Ioan.
Sancium in seletis, disp. 10. n. 17. qui tamen postea n.
20. improbabilitatem docet non esse negandum absolu-
tionem penitenti, qui mutuo dedit concubina centum
aureos, quorum recuperationis spem amittit, si domo
eam ciiciat. Sed hanc opinionem præter Freytag loc.
cit. n. 25. refellit etiam Calvus Palau. 1. tr. 2. disp. 3.
punct. 9. §. 3. n. 14. nam si ipse Sancius non permitte
periculum, vt viuum est, ad euitandam mortem, infamiam,
&c. quomodo admittendum est ad euitandum damnum
centum aureorum?*

RESOL. VI.

An si quis haberet copulam cum foemina mortua, quod-
nam peccatum luxuria committeret?

Et an talis circumstantia copula non sit aperienda in
confessione, sed sufficiat afferere se pollutionem ha-
buisse?

Et an incidat in casum reservatum, de coenitibus cum
brutis, qui cognoscere belluam, que iam est mortua, li-
ceret intra eius vas seminet?

Et inferatur, quod si quis percuteret Clericum mortuum,
an incidat in censuram Canonis? Ex part. 9. tr. 9.
& Milc. 4. Ref. 1.

*Sup. hoc in
nom. 2. tr. 6. §.
ref. 150. §.
vt. ad me.
dum. & ver.
qua. praef.
Tom. VIII.
N*on est scelus, quod malitia humana non
commiserit. Plures Confessarij testati sunt
mihi sapientiæ in Praxi tale delictum accidisse: & fer-
fama in magna Italia Ciuitate cum quadam nobilissi-
ma muliere perpetratum fuisse. Posset itaque aliquis
dicere, hoc delictum reductendum esse saltem ad fornicationem;
quia licet foemina mortua propriè non
sit foemina, aquiuocè, & analogice dicitur foemina,
sicut dixit Aristoteles. 4. Meteor. capit. 12. Oculum
mortuum propriè non esse oculum, sed aquiuocè, &
analogicè. Ergo copula habita cum muliere mortua;
reductum saltem reducenda erit ad fornicationem.

Confirmatur: quia licet Clericus mortuus, non sit
Clericus, quia Character imprimitur in anima, tamen
si quis percuteret Clericum mortuum, incidet in
censuram Canonis, ut docet Pater Thesaurus in Praxi
de penitentia Ecclesie, p. 22. verbi initia, c. 21. vers. Amplius
secundum. Squillante de Privil. Cleric. c. 3. n. 36. Villatobi
in summa, tom. 1. tr. 17. difficult. 22. n. 16. & alii, quos
alibi adduxi. Ergo in calu nostro copula habita cum
muliere mortua, dicenda erit saltem fornicatio; quia
licet propriè non sit foemina, est tamen aquiuocè
feminæ, si Clericus mortuus, dicitur analogice Clericus.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, sicuti nec placet
Sanchez vbi infra, afferent concubitum cum foemina
mortua non posse dici fornicationem ex rationibus in-
ferius adducendis. Et ad confirmationem adductam,
respondeo quod opinionem Parisi Thesauri, & aliorum
refellit Alfonsus de Leon, de Conf. Recol. 5. n.
55. & alii afferentes, percutientem Clericum mortuum
non incidere in Censuram, quia cadaver non est pro-
priè homo. Sed stando in sententia Parisi Thesauri, &
aliorum dicendum non obstat in casu nostro: nam
percutiens Clericum incurrit Censuram, quia illa per-
cussio est iniuria statu Clericali: Ergo, &c.

3. Itaque circa præsentem questionem, Amicissimus
Pater Pellizzarius putat copulam habitan cum mulie-
re mortua habere malitiam bestialitatis, sic enim alle-
tit in Max. Regul. tom. 1. c. 4. c. 3. sed. 40. 70. Si queras
quam malitiam habeat copula habita cum foemina
mortua? Respondeo: copulam quidem habitan cum
foemina mortua includere malitiam bestialitatis, cum
bestialitas sit coniunctio carnalis cum re alterius speciei,
& foemina mortua non censematur amplius speciei
humanae, vt patet. Ita illecius sententiam docet etiam
nouissime concilius; & Amicus noster Frater Gesnaldus
de Bononiis Capuccinus in oper. mor. 1. tr. 12. c. 1.
n. 43. vbi docet, peccatum bestialitatis esse peccatum
Luxurie contra naturam mediante copula habita cum
individuo, sive supposito alterius speciei, sive bestia,
sive Diabolus in corpore assumpto, sive Cadaver, vt est
in calu nostro. Ergo, &c.

4. Verum circa hanc sententiam habeo magnam dif-
ficultatem; nam bestialitas est actio viuentis cum vi-
uentे alterius speciei, unde Escobar in Theolmor. tracts
1. Exam. 8. cap. 2. n. 77. Fillius tom. 2. tr. 30. c. 8.
n. 161. Tambutius Opus. 1. lib. 2. cap. 7. §. o. num. 78.
& alii communiter, definitives vitum bestialitatis af-
serunt, esse concubitum cum re animata non eiusdem
speciei cum homine. Sed in nostro calu, quando quis
copulat cum foemina mortua non habet concubitum
cum re animata: ergo talis copula non potest ad be-
stialitatem pertinere, vt vult Pater Pellizzarius, qui non
bene dixit, bestialitatem esse coniunctionem carnalem
cum re alterius speciei; sed debebat dicere cum re ani-
mata alterius speciei, vt patet ex supradictis Doctori-
bus. Quod confirmatur à fortiori ex doctrina Ignatij
Lupi de Casibœværi, part. 2. cap. 10. §. 3. n. 8. afferentis
non incidere in calu reservatum de coenitibus cum
brutis, qui cognoscere belluam, que iam mortua est,
licet intra eius naturale vas seminet. Ratio autem una
est, nempe quia non est ibi coitus cum animali, quam-
uis autem qui coit cum bellua mortua, videatur coire
cum animali: attamen non est verum; cedauer enim
non est animal, cum animal secundum commune om-
nium Philosophorum placitum, sit substantia animata
sensitiva; cedauer autem non est animatum, nec sensi-
tivum: quod sane constat lippis quoque, & tonsoribus.
Ita Lupus. Ergo quanto magis à fortiori dicendum
est, copulam in calu nostro non inducere naturam be-
stialitatis; cum non operetur cum bellua mortua, sed
cum foemina mortua. Et idem sapientissimus Sanchez
de matrim. tom. 3. lib. 1. o. diff. 4. n. 14. cum firmasset be-

M 3 stialitatem